Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber qvintvs de avctoribvs legvm

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

quia ille singulares continent causas· ista vero omnium. Nam & grammaticam medicus scire iubetur· ut intelligere vel expo/nere possit que legit. Similiter & rhetoricam·ut veracibus argumentis valeat diffinire que tractat· necnon & dialecticá ,ppter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas atq; curandas. Sic & arithmeticam propter numerú horarum in accessio/nibus & periodis dierum. Non aliter & geometricam propter qualitates regionum et locorú situs·in quibus doceat quid q̃sq; obseruare debeat. Porro musica incognita illi nó erit. Ná multa sunt que in egris hominibus per hãc disciplinam facta leguntur sicut de dauid legitur·quia ab spiritu ímundo saulem arte mo/dulationis eripuit. Asclepiades quoq; medicus freneticú quen/dam per simphoniam pristine sanitati restituit. Postremo & astronomiam notam habebit· per quam contempletur rationé astrorum et mutationes temporum. Nam sicut ait quidá medicorum cum ſporum qualitatibus & nostra corpora cómutantur. Hinc est q; medicina secúda philosophia dicitur. Vtraq; enim disciplina totum sibi hominem vendicat. Nam sicut per illam anima·ita per hanc corpus curatur

## INCIPIT · LIBER · QVINTVS · DE · AVCTORIBVS · LEGVM ·

MOISES · GENTIS · HEBRAICAE PRIMVS · OMNIVM · DIVINAS LEGES · SACRIS · LITERIS · EXplicauit. ¶ Foroneus rex graecis primus leges iudiciaq; constituit. ¶ Mercurius trimegistus primus leges aegiptiis tradidit. ¶ Solon primus leges athenienſibus dedit. ¶ Ligurgus pmus lacedemoniis iura legum tradidit·& ex apollinis auctoritate cófinxit. ¶ Numa pompilius qui romulo successit in regno· primus leges romanis edidit. Deinde cum populus sediciosos magistratus ferre non posset·x·viros legibus scribendis creauit vel constituit·qui leges ex libris solonis in latinum sermoné translatas·xii·tabulis exposuerũt. Fuerunt autem hi·apius·claudius· venucius·iulius mãnlius·sulpicius·sextius·curacius· romelius· postumius. Hi·x·viri legum conscribẽdarum electi sunt. Leges

autem redigere in libris primus ꝓsul pōpeius instituere voluit· sed non perseuerauit obtrectatorum metu. Deinde caesar coepit id facere· sed ante interfectus est. Paulatim autem antique leges vetustate atq; incuria exoleuerunt. Quarum etsi nullus iā vsus est· noticia tamē necessaria videtur. ¶ Leges noue a constātino caesare coeperunt· & reliquis succedentibus· erantq; permixte & inordinate. Postea theodosius minor augustus ad similitudinē gregoriani & hermogeniani codicem factum constitutionum a constātini temporibus sub proprio cuiusq; imperatoris titulo disposuit· quem a suo nomine theodosianum vocauit

¶ De. Legibus diuinis & humanis ¶ Ca·ii

Omnes autem leges aut diuine sunt· aut humane. Diuine natura. Humane moribus constant. Ideoq; be discrepant· quoniam alie aliis gentibus placent. Fas lex diuina est. Ius lex humana. Transire p alienū fas ē· ius nō ē.

¶ Quid differunt inter se ius· leges· & mores ¶ Ca·iii

Vs generale nomen est. Lex autem iuris est species. Ius autem dictum quia iustum est. Omne autem ius legibus et moribus constat. Lex autem est constitutio scripta. Mos est vetustate ꝓbata consuetudo· siue lex nō scripta. Nam lex a legendo vocata· quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est de moribus tracta tātundem. Consuetudo autem est ius quoddā moribus constitutum· quod pro lege suscipitur cū deficit lex. Nec differt scriptura an ratione consistat· quando et legem ratio cōmendat Porro si ratione lex constat· lex erit omne iam quod ratione cōstiterit· dumtaxat quod religioni congruat· quod discipline cōueniat· quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo quia in communi est vsu

¶ Quid sit ius naturale ¶ Ca·iiii

Vs naturale est· aut ciuile· aut gentium. Ius naturale ē cōmune omnium nationum· eo q; vbiq; instinctu nature non constitutione aliqua habetur· ut viri & femine coniunctio· liberorum successio & educatio· cōmunis omnium possessio· & omnium vna libertas· acquisitio eorum que caelo· terra· mariq; capiuntur Item deposite rei vel commendate pecunie restitutio· violentie per vim repulsio· & siquid huic simile est· non iure· sed natura equum habetur. Nam hoc aut siquid huic simile est nunq̄m iniustum· sed naturale equumq; habetur

¶ Quid sit ius ciuile ¶ Ca·v

Ius ciuile est quod quisque populus·vel ciuitas· sibi proprium humana diuinaq; causa constituit

Quid sit ius gentium Ca·vi

Ius gentium est sedium occupatio·edificatio·munitio·bella·captiuitates·seruitutes·postliminia·federa·pacis inducie·legatorum non violandorum religio·connubia inter alienigenas ꝓhibita· Et inde ius gentium·q; eo iure omnes fere gentes vtuntur

Quid sit ius militum Ca·vii

Ius militare est boellum inferendi solennitas· foederis faciendi nexus·signo dato·congressio in hostem·vel commissio·itē signo dato receptio·item flagicii militaris disciplina·si locus desiderat̄ item stipendiorum modus·dignitatum gradus· premiorū honor·veluti cū corona·& torques donantur·item prede discissio· & pro personarum qualitatibus et laboris iusta diuisio·ac principis porcio

Quid sit ius publicum Ca·viii

Ius publicum est in sacris & sacerdotibus & magistratibus

Quid ius quiritum Ca·viiii

Ius quiritum est proprie romanoꝝ· quod nulli tenent nisi quirites id est romani·tanq̄m de legittimis hereditatibus·de crretionibus·de tutelis·de vsu·captioneq; que iura apud nullum aliū populum reperiuntur·sed propria sunt romanorū·et in eosdem solos constituta. Constat autem ius quiritum ex legibus·ex plebiscitis·constitutionibus principum & edictis· siue prudētium responsis

Quid sit lex Ca·x

Lex est constitutio populi· qua maiores natu simul cū plebibus aliquid sanxerunt

Quid scita plebium Ca·xi

Scita sunt que plebes tantum constituunt. Et vocata scita q; ea plebs tantum sciat· vel q; sciscitatur & rogat ut fiat

Quid. Senatusconsultum Ca·xii

Senatusconsultum quod tantum senatores populis consulendo decernunt

Quid sit. Constitutio Ca·xiii

Constitutio vel edictum·quod rex vel imperator constituit vel edicit

Quid. Responsa Ca·xiiii

Responsa sunt que iuris cousultores respondere dicūtur consulentibus. Vnde & responsa pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes·& arbitri equitatis qui institutiones ciuilis iuris compositas ediderunt· quibus dissidentium lites

contentionesq; sopirent

De. Legibus consularibus & tribunicius. Ca·xv

Vedam etiam leges dicuntur ab his qui condiderũt·ut consulares·tribunicie·iulie·cornelie. Nam & sub octauiano caesare suffecti consules papius & pompeius legem contulerunt·que a nominibus eorum appellatur papia & põpeia·continens patrum premia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoq; imperatore falcidius tribunus plebis legem fecit·ne quis plus in extraneis testamento legaret·q̃m ut quarta pars supesset heredibus·ex cuius nomine lex falcidia nuncupata ẽ. Aquilius quoq; legem condidit·que hactenus aquilia nuncupatur

De. Lege satira Ca·xvi

Satira vero lex est· que de pluribus rebus simul loquit̃. Dicta a copia rerum·& quasi a sacietate. Vnde & satirã scribere est poemata varia condere· ut oracii·iuuenalis & persii.

De. Legibus rhodius Ca·xvii

Rhodie leges naualium commerciorum sunt ab insula rhodo cognominate· in qua antiquitus mercatorũ vsus fuit

De. Priuilegius Ca·xviii

Priuilegia autem sunt leges priuatorum quasi priuate leges. Nam priuilegium inde dictum q̃ in priuato ferat̃

Quid. Possit lex Ca·xix

Omnis autem lex aut permittit aliquid· ut vir fortis petat premium·aut vetat· ut sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat. Aut punit· ut qui cedem fecerit capite plectat̃. Eius autem premio aut pena vita moderatur humana

Quare. Facta sit lex Ca·xx

Facte sunt autem leges·ut earum metu humana coherceatur audacia·ut inter improbos tuta sit innocentia·& in ipis improbis formidato supplicio refrenet̃ nocendi facultas

Qualis. Debeat fieri lex Ca·xxi

Erit autem lex honesta·iusta·possibilis secundũ naturã· secundum patrie consuetudinem·loco·temporiq; cõueniens·necessaria·vtilis·manifesta quoq; ne aliquid per obscuritatem in captione contineat·nullo priuato cõmodo·sed ꝓ cõmuni ciuium vtilitate conscripta

De. Causis Ca·xxii

Pragma graecum est·quod latine causa dicitur. Vnde et pragmatica negocia dicuntur. Et actor causarum &

negociorum pragmaticus nucupat. ¶ De. Testibus ¶ Ca·xxiii

Testes sunt quibus queritur veritas in iudicio·quos quisq; ante iudiciū sibi placitis alligat·ne cui sit post ea liberum·aut dissimulare· aut subtrahere se. Vnde & alligati appellantur. Item testes dicti q; testamento adhiberi solent·sicut signatores qui testamenta signant

¶ De. Instrumentis legalibus ¶ Ca·xxiiii

Voluntas generale nomen omnium legalium instrumentorum·que quia non vi sed voluntate procedit· ideo tale nomen accepit. ¶ Testamentum vocatum· quia nisi testator mortuus fuerit·nec confirmari potest·nec scire quod in eo scriptum sit· quia clausum & obsignatum est. Et inde dictum testamentum· quia non valet nisi prius testatoris monumentum. Vnde & apostolus. Testamentum inquit in mortuis confirmatur. ¶ Testamentū sane in scripturis sanctis non hoc solum dicitur·quod non valet nisi testatoribus mortuis·sed omne pactum & placitum testamentum vocabat. Nam laban & iacob testamentum fecerunt·q; vtiq; inter viuos valeret. Et in psalmis legitur· aduersus te testamentum disposuerūt hoc est pactum· & innumerabilia talia. ¶ Tabule testamenti ideo appellate sunt·quia ante carte & membrarum vsum·in dolatis tabulis non solum testamenta·sed etiam epistolarum allo quia scribebantur. Vnde & portitores earum tabularii vocant. ¶ Testamentum iuris ciuilis est quinq; testium subscriptione firmatum. ¶ Testamentum iuris pretorii est septem testium signis signatū. Sed illud apud ciues fit·inde ciuile. Istud apud pretores·inde iuris pretorii. Testamentum autem signare & notare est idem·ut notum sit quod scriptum est. ¶ Olographum testamentum est manu auctoris totum conscriptum atq; subscriptum. Vnde & nomen accepit. Graeci enim olo totum·graphin litteram dicūt. ¶ Irritum testamentū est·si is qui testatus est capite diminutus est·aut si non rite factum sit. ¶ Inofficiosum testamentum est quod frustra liberis exhereditatis sine officio naturalis pietatis i extraneas personas redactū ē. ¶ Ruptū testamentum inde vocatur· eo q; nascēte postumo·neq; exhereditato nominatim·neq; herede instituto disrumpit. ¶ Suppressum testamentum est quod in fraude heredum vel legatariorū seu libertorum non est palam prolatū·q; si non latet· tamen si

predictis personis nõ proferatur supprimi videt ¶ Nuncupatio
est quam in tabulis ceriscq; testator recitat dicens. Haec ut in ta/
bulis ceriscq; scripta sunt·ita dico·ita lego·itaq; vos ciues romani
michi testimonium perhibete. Et hoc dicitur nuncupatio· nũ/
cupare est enim palam nominare & confirmare. ¶ Ius liberoꝝ
est coniugum siue liberis inuicem pro loco pignorũ hereditatis
alterna conscriptio. ¶ Codicellus (ut veteres aiunt) sine dubio
ab auctore dictus·qui hoc scripture genus instituit. Est autem
scriptura nulla indigens solennitate verborum·sed sola testato/
ris voluntate qualicunq; scripture significatione expressa· cuius
beneficio voluntatibus defunctorum constat esse subuentum·
propter legalium verborum difficultatem· aut certe propter ne/
cessitatem adhibendoꝝ solennitatum· ita ut qui scribat titulum
eiusdem scripture codicellum vocet. Sicut autem codicellus fit
vice testamenti·ita epistola vice codicellorum ¶ Cretio ẽ certus
dierum numerus·in quo institutus heres aut accipit hereditate
aut finito tempore cretionis excluditur· nec liberum ẽ illi vltra
capiendi hereditates. Cretio autem appellata est quasi decretio·
id est decernere vel constituere·utputa·ille heres esto michi· ad/
diturq; cernitoq; infra tot dies. Adeundarũ autem hereditatum
centesimus statutus erat dies·quibus nõ est cretio addita. ¶ Fi/
dei commissum dictum·ut fiat quod a defuncto committitur
Nam fides dicta·eo q; fiat·quod tamen non in directis verbis
sed precatiuis exposcitur ¶ Pactum dicitur inter partes ex pace
conueniens scriptura·legibus·ac moribus comprobata. Et dictũ
pactum·quasi ex pace factum·ab eo quod est pango. Vnde &
pepigit fedus. ¶ Placitum quoq; ab eo quod est placeat. Alii
dicunt pactum esse quod volens quis facit. Placitũ etiã nolens
compellitur· veluti quando quisq; paratus sit in iudicio ad re/
spondendum· quod nemo potest dicere pactum sed placitum.
¶ Mãdatum dictum q; olim in commisso negocio alter alteri
manum dabat. ¶ Ratum vero quasi rationabile et rectũ. Vnde
qui pollicetur dicit. Ratum esse profiteor·hoc est firmum atq;
perpetuum. ¶ Rite autem esse nõ recte·sed ex more ¶ Cirogra/
phum cautio vel scriptio duarum instar cartarum. Ciros grece
manus·graphia scriptum dicitur ¶ Cautio·emptio·et venditio
est rerum commutatio· atq; contractus ex conuenientia veniẽs
Emptio autem dicta· q; a me tibi sit venditio·quasi venũdatio

id est a nundinis ¶ Donatio est cuiuslibet rei transactio dicta autem dicunt donationem quasi doni actionem. Et dote quasi do item. Procedente enim in nuptiis donatione dos sequitur. Nam antiquitus nuptiarum erat ritus quo se maritus & vxor inuicem emebant ne videretur ancilla vxor sicut habemus in iure. Inde est q precedente donatione viri sequitur dos vxoris. ¶ Donatio vsufructuaria ideo dicitur quia donator ex ea vsus fructuum adhuc retinet seruato cui donatū est iure ¶ Donatio directa ideo nuncupatur quia & iure & vsu statim transit in alterum nec vltra inde aliqd ad ius donatoris retorquet. ¶ Conditiones testium sunt proprie. Et dicte condiciões a cōdicendo quasi condictiones quia nō ibi testis vnus iurat sed vel duo vel plures. Non enim in vnius ore sed in duoꝝ aut trium testium stat omne verbum. Item condiciones q inter se cōueniat sermo testium quasi condictiones. ¶ Stipulatio est ꝓmissio vel sponsio. Vnde & promissores stipulatores vocantur. Dicta aute stipulatio a stipula. Veteres enim quando sibi aliquid ꝓmittebāt stipulam tenentes frangebant quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant siue q stipulum iuxta paulum iuridicū firmum appellauerunt. ¶ Sacramentum est pignus sponsiōis Vocatum autem sacramentum quia violare quod quisq; promittit perfidie est.

¶ De. Rebus ¶ Ca. xxv

Hereditas est res q̄ morte alicuius ad quemlibet peruenit vel legato testamento vel possessione retenta. Dicta autem hereditas a rebus additis siue ab aere quia qui possidet agrū & censum soluit inde & res. ¶ Res sunt que in nostro iure consistunt. ¶ Iura autem sunt que a nobis iure possidentur nec aliena sunt. Dicta autē res a recte habendo Ius a iure possidendo. Hoc enim iure possidet quod iuste. Hoc recte quod bene Quod autem male possidet alienum est. Male autem possidet q vel suis male vtitur vel aliena presumit. Possidet autem iuste qui non irretitur cupiditate Qui aūt cupiditate tenetur possessus est non possessor. ¶ Bona sunt honestorum seu nobilium que proinde bona dicuntur ut non habeāt turpē vsum sed ea homines ad res bonas vtant. ¶ Peculium proprie minorum est personarum siue seruoꝝ. Nam peculium ē quod pater vel dominus filium suum vel seruum suum pro suo iure tractare patitur. Peculium autem a pecudibus dictum in qbus

veterum constabat vniuersa substantia. ¶ Bonorum possessio est ius possessionis certo ordine·certoq; titulo acquisita. ¶ Intestata hereditas·est que testamento scripta non est· aut si scripta sit·iure tamen nequaq̃m est edicta. ¶ Caduca inde dicũtur·q; a eius heredes ceciderunt familie. ¶ Erciscũde est diuisio hereditatis inter heredes. Erciscũdia enim apud veteres diuisio nuncupatur. ¶ Communi diuidendo est inter eos quibus cõmunis res est·que actio iubet postulantibus his arbitrum dari· cuius arbitratu res diuidatur. ¶ Finium regendorum actio dicta·eo q; per eam regantur fines vtriusq;·ne dissipentur· dũmodo non angustiore quinq; pedum loco ea controuersia sit. ¶ Locatio ẽ res ad vsum data·cum diffinitione mercedis. ¶ Conductio est res in vsum accepta cum constituta mercede. ¶ Res credita est que in obligationem ita deducta est· ut ex tempore quo ꝑtrahebatur·certum sit eas deferre ¶ Vsura est incrementu fenoris ab vsũ eris crediti nuncupata. ¶ Commodum est id quod nostri iuris est·& ad alios temporaliter translatum ẽ· cum modo temporis·q̃mdiu apud eum sit. Vnde commodum dictum est ¶ Precarium est·dum prece creditor rogatus permittit debitorẽ in possessione fundi sibi obligati demorari· & ex eo fructus capere. Et dictum precarium·quia prece additur· quasi precadiũ· r·pro·d·littera commutata. ¶ Mutuum appellatum est·quia id quod a me tibi datur·ex meo tuum fit. ¶ Depositũ est pignus commendatum ad tempus q̃mdiu positum. Deponere autem quis videt·cũ aliquid metu furti·incendii· naufragii· apud aliũ custodie causa deponit. Interest autẽ in loquendi vsũ inter pignus & arram. Nam pignus est quod dat propter rem creditam que dum reddit statim pignus auferẽ. Arra vero est q̃ primum pro re bone fidei contracta empta ex parte dat·& postea cõplet Est enim arra complenda·non auferenda. Vnde q̃ habet arrã non reddet·sicut pignus·sed desiderat plenitudinẽ. Et dicta arra a re pro qua traditur. ¶ Item inter pignus & fiduciam & ipotecam hoc interest. Pignus enim est quod propter rem creditã obligatur·cuius rei possessionem solam ad tempus consequit creditor. Ceterum dominium penes debitorem est. Fiducia est cum res aliqua sumende mutue pecunie gratia vel mancipatur vel in iure cedit. Ipoteca est cum res aliqua commendat sine depositione pignoris· pacto vel cautione sola interueniente.

Mometum dictum a temporis breuitate·ut q̃mcito q̃mstatim
saluo negocio reformetur·nec in vllam moram produci debeat
quod repetitur·sicut nec vllum spacium est momenti·cuius tá
breuis est temporis punctus ut in aliquam moram nullo mó
producatur. ¶ Instrumentum est vnde aliquid construimus·
ut culter·calamus·ascia ¶ Instructum quod per instrumétum
efficitur·ut baculus·codex·tabula ¶ Vsus quo in re constructa
vtimur·ut in baculo inniti·in codice legere·in tabula ludere· sed
& ipe fructus agrorum·quia eo vtimur vsus vocat̃. Haec sunt
tria illa. ¶ Vsus fructus autem vocatus·quia solo vsu habetur
eius fructus·manente apud aliũ iure. ¶ Vsuscaptio é ademptio
dominii per continuationem iuste possessionis· vel biennii vel
alicuius temporis ¶ Mancipatio dicta est·quia res manu capit
Vnde & oportet eum qui mancipium accipit comprehendere
idip̃m quod ei mãcipio datur. ¶ Cessio est proprie rei cõcessio·
sicut est illud. Cedo iure propinquitatis. Cedere enim dicimus
quasi cõcedere id est que propria sunt. Nam aliena restituimus
non cedimus. Nam cedere proprie dicimus qui contra veritatẽ
alteri consentit·ut cicero. Cessit inquit amplissimi iuri auctori/
tate·vel potius paruit. ¶ Interdictum est quod a iudice non in
perpetuum·sed pro reformando momento ad tempus interim
dicitur salua propositione actionis eius ¶ Precium vocatum eo
q̃ prius illud damus·ut per eius vicem rem quam appetimus
possidere debeamus. ¶ Commercium dictum a mercibus·quo
nomine res venales appellamus. Vnde & mercatus dicit̃ caetus
multorum hominũ·qui res vel vendere vel emere solent. ¶ In/
tegri restitutio est cause vel rei reparatio ¶ Causa redintegratur
que vi potestatis expleta non est ¶ Res redintegratur que vi po
testatis ablata atq̃ extorta est

¶ De. Criminibus in lege constitutis ¶ Ca·xxvi

Crimen a carendo nomen accepit·ut furtum·falsitas·
& cetera·que non occidunt·sed infamant ¶ Facinus
dictum a faciendo malum·quod noceat alteri ¶ Fla
gicium a flagitãdo corruptelam libidinis que noceat sibi. Haec
sunt duo genera omnium peccatorũ. ¶ Vis est virtus potestatis
per quam causam siue res vel aufertur vel extorquetur. ¶ Vis
priuata est·si quisq̃ ante iudiciũ armatis hominibus quẽquam
a suo deiecerit vel expugnauerit ¶ Vis publica est siquis ciuem

ante populum vel iudicem vel regem appellãtem necauerit aut torserit·siue verberauerit·vel vinxerit. ¶ Dolus est mentis calli/ditas ab eo q̃ deludat. Aliud enim agit·& aliud simulat. Petro/nius aliter estimat dicẽs. Quid est iudicis dolus? Nimirum vbi aliquid factũ est·quod legi dolet. Habetis dolum·accipite núc malum. ¶ Calumnia est iurgium aliene litis·a cauillando id ẽ decipiendo dicta. ¶ Falsitas appellata a fando aliud q̃m verum est. ¶ Iniuria est iniusticia. Hinc est apud comicos. Iniuria est qui audet aliquid contra ordinẽ iuris. ¶ Seditio dicit̃ dissensio ciuium·q̃ seorsum alii ad alios eunt. Nã hi maxime turbatiõe rerum & tumultu gaudent. ¶ Sacrilegium proprie est sacrarũ rerum furtũ. Postea in idolorũ cultu hesit hoc nomẽ ¶ Adulte rium est illusio alieni coniugii·quod quia alterius thorũ cõma culauit·adulterii nomen accepit. ¶ Stuprum raptus proprie ẽ illicitus coitꝰ a corrũpẽdo dictꝰ. Vnde et q̃ rapto potit̃·stupro fruitur. ¶ Homicidii vocabulum compositum est ex homine & cede. Qui enim cedem in hominẽ fecisse compertus erat·ho/micidam veteres appellabant. ¶ Parricidii actio non solum in eum dabatur·qui parentem id est qui patrem vel matrẽ intere/misset·sed & in eum qui fratrem occiderat. Et dictum parrici/dium quasi parentis cedium. ¶ Interneciei iudiciũ in eũ dabat̃ qui falsum testimonium fecerat·& ob id hominẽ occiderat. Ac/cusatorem eius possessio bonorum sequebatur. Interneciei autẽ signatio est quasi hominis quedam necatio. Nam prepositionẽ intpõebãt ne. Neuiꝰ·mare interbibere·et plautꝰ·interluere mare id est bibere & eluere. ¶ Furtum est rei aliene clamdestina cõ/trectatio·a furuo id est fusco vocatũ·quia in obscuro fit. ¶ Fur tum autem capitale crimen apud maiores fuit ante penã qua/drupli. ¶ Peruasio est rei aliene manifesta presumptio. Furtũ autem earundem rerum fit que de loco in locum transferri pos sunt. Peruasio autem & earum que transferuntur·et earum que immobilia sunt ¶ Inficiatio est negatio debite rei cũ a creditore deposcit̃. ¶ Item & abiuratio id est rei credite abnegatio ¶ Am bitus iudicium in eũ est·qui largiorem honorẽ capit· & ambit amissurus dignitatẽ· quã munere inuadit. ¶ Peculatus iudiciũ in eos datur qui fraudem erario faciunt· pecuniamq̃ publicam inuertunt. Nam a pecunia peculatum dictum est iudiciũ. Nõ autem sic iudicatur furtum reipublice·sicut rei p̃uate. Nam ille

h 1

sic iudicatur ut sacrilegus·quia fur est sacrorũ. ¶ Repetundarũ accusatur·qui pecunias a sociis cepit. In hoc iudicio reus si ante moriatur·in bona eius iudicium redditur. ¶ Incesti iudicium in virgines sacratas vel propinquas sanguine constitutum est. Qui enim talibus miscentur incesti id est incasti habentur. ¶ Maiestatis reatu tenentur hi qui regiam maiestatẽ leserunt vel violauerunt· vel qui rempublicam prodiderunt·vel cum hostibus consenserunt. ¶ Piaculum dictum·pro eo q̃ expiari potest· cõmissa sunt enim que erant quoquo ordine expianda

¶ De. Penis in legibus constitutis ¶ Ca·xxvii

Vpliciter malum appellatur· vnũ quod homo facit· alterum quod patitur. Quod facit peccatũ est. Quod patitur pena Malum autem tunc plenum est·cũ & preteritum est· & impendit ut sit & dolor & metus. ¶ Poena dicta q̃ puniat. Est autem epitetum nomen· & sine adiectiõe non habet plenum sensum·adicis pena carceris·pena exilii·pẽa mortis·& imples sensum. ¶ Supplicium proprie dicitur· non qui quoquo modo punitur·sed ita damnatur·ut bona eius conseruentur·& in publico redigantur. Nam supplicia dicebantur supplicamenta. Et supplicium dicitur·de cuius damnatione delibatur aliquid deo. Vnde & supplicare ¶ Octo genera penarũ in legibus contineri tullius scribit id est damnum·vincula·talionem·verbera·ignominiam·exilium·seruitutem·& mortẽ. His namq̃ penis vindicatur omne perpetratum peccatũ ¶ Damnũ a diminutione rei vocatũ. ¶ Vincula a vinciendo id est artãdo dicta·eo q̃ constringãt atq̃ retineãt·vel quia vi ligant. ¶ Compedes dicte·q̃a cõtinent pedes. ¶ Pedices sunt laquei quibus pedes illaqueantur·dicte a pedibus capiendis ¶ Catene autẽ q̃ capiendo teneant vtraq̃ vestigia·ne progrediantur. Item catene q̃ se capiendo teneãt plurimis nodis. ¶ Manice sunt vicula quibus manus capiuntur·licet & manice tunicarũ sint. ¶ Neruus ẽ ferreum vinculum quo pedes vel ceruices impediuntur. ¶ Boia ẽ torques damnatorum·quasi iugum in boue·ex genere vinculorum est. ¶ Carcer in quo custodiuntur noxii. Et dictus carcer q̃ eo homines coherceantur includantq̃ quasi arce·ab arcendo scilicet. Locum autem in quo seruantur noxii carcerẽ dicimus· numero tantum singulari. Vnde vero emittuntur quadrige carceres vocamus·numero tantum plurali. ¶ Verbera dicta·quia

eum agitant aerem verberat ¶ Hinc flagra & plage & flagella
quia cum flatu & strepitu in corpore sonant. Nam plage quasi
flage. Sed plage et flagra prime positionis sunt. Flagella autem
per diminutionem dicta. ¶ Anguilla est qua cohercent in sco/
lis pueri·que vulgo scutica dicitur. ¶ Fustes sunt quibus pro
criminibus iuuenes feriuntur·appellati q̃ prefixi in fossis stent
quos palos rustici vocant. ¶ Vectes dicti q̃ manibus vectent
vnde ostia saxaq̃ velluntur. Sed hi ad penas legum nõ pertinet
¶ Virge sunt summitates frondium arborũq̃· dicte q̃ virides
sint·vel q̃ vim habeant arguendi. Que si lenis fuerit virga ē. Si
certe nodosa vel aculeata·scorpio rectissimo nomine vocat·quia
arcuato vulnere in corpus infingitur. ¶ Ictus proprie flagellorũ
sunt·ab agitando vocati. ¶ Vngule dicte q̃ effodiant. Ne & fi/
dicule·quia his rei in eculeo torquent·ut fides inueniat ¶ Acu/
leus autem dictus q̃ extendat ¶ Tormenta vero q̃ torquendo
mentem inueniant. Est & lautũna supplicii genus·ad verberã/
dum aptum·inuentum a tarquinio superbo ad penas sceleratorũ
Iste enim primus lautũnas·tormenta· fustes·metalla·atq̃ exilia
adinuenit·& ipe prior ex regibus exilium meruit. ¶ Talio est
similitudo vindicte·ut taliter quis patiatur·ut fecit. Hoc enim
& natura & lege est institutum· ut ledẽtem similis vindicta se/
quatur. Vnde & illud est legis·oculum pro oculo·& dentẽ pro
dente. Talio autem non solum ad iniuriam referendam·sed etiã
pro beneficio reddendo ponitur. Est enim communis sermo
& iniurie·& beneficentie. ¶ Ignominium dictũ· eo q̃ desinat
habere honestatis nomẽ is qui in aliquo crimine deprehendit.
Dictum est autem ignominium quasi sine nomine·sicut igna/
rus sine sciẽtia·sicut ignobilis sine nobilitate ¶ Hoc quoq̃ et in
famium·quasi sine bõa fama. ¶ Fama autem dicta· quia fando
id est loquendo peruagatur· per traduces linguarũ & aurium
serpens. Est autem nomen & bonarum rerum & malarũ. Nã
fama felicitatis interdũ est·ut est illud. Illustris fama quod laus
est. Malarum·ut virgilius. Fama malũ quo nõ aliud velocius
vllum. Fame autem nomen certi locum non habet·quia pluri/
mum mendax est·adiciens multa·vel demutans de veritate q̃
tam diu viuit·q̃m diu non ꝓbat·at vbi probauerit esse·fama esse
cessat·& exinde res nominat non fama ¶ Exiliu dictum·quasi
extra solum· nam exul dicitur·qui extra solum est. Vnde post

liminium redeuntibus hoc est de exilio reducendis· qui sunt
eiecti in iniuria id est extra limen patrie. Diuiditur autē exilium
in relegatis & deportatis. ¶ Relegatus ē quē bona sua sequūtur
¶ Deportatus est quē non sequuntur ¶ Proscriptio exilii ꝓcul
damnatio·quasi porro scriptio ¶ Item proscriptus quia palam
scriptus. ¶ Metallum est vbi exules deputantur ad eruendam
venam· marmoraq; secanda in crustis. ¶ Seruitus a seruando
vocata. Apud antiquos enim qui in boello a morte seruabant
serui vocabantur. Haec est sola malorum omnium postrema·q̄
liberis omni supplicio grauior est. Nam vbi libertas perit vna
ibi perierunt & omnia ¶ Mortium vero diuersi casus·ex qbus
crux vel patibulum· in quo homines appensi cruciātur vel pa/
tiuntur. Vnde & nomina habent. ¶ Patibulum enim vulgo
furca dicitur·quasi ferens caput. Suspensum enim & strāgula/
tum haec exanimat. Sed patibuli minor pena q̄m crucis. Nam
patibulum appensos statim exanimat. Crux autē suffixos diu
cruciat. Vnde et in euāgelio latronibus ut morerent·et de ligno
ante sabbatum deponerentur·crura confracta sunt· quia ligno
suspensi cito mori nō poterāt. In ipo quoq; genere necis differt·
Crudelius est enim in aqua extingui·ignibus vri· frigore et fa/
me necari· canibus & bestiis exponi. Nā ferro mori·etas quoq;
maior optauit. Gladius enim sine grauiore cruciatu· compen/
diosa morte vitā finire nouit. ¶ Culleum est parricidale vascu/
lum·ab aculendo id est claudendo dictū. Est autē vter ex corio
factus· in quo parricide cum simia & gallo·& serpente inclusi·
in mare precipitantur. Omnium autem istarum mortiū genus
animaduersio nominatur. Animaduersio enim est·quando iu
dex reum punit. Et dicitur animaduertere id est animum illuc
aduertere·intendere vtiq; ad puniendum reum·quia iudex est.
Ideo autem romani aquam & ignem interdicebant quibusdā
damnatis·quia aer & aqua cūctis patet·& omnibus data sunt
ut illi non fruerētur· quod omnibus per naturā concessum est